

14.2 - collazione di Decime, 1524. - 1544. (c. 198. - 201.)

XXXXIII.

Exemplum Litterarum Rd. Collectorum Ap.licorum super Decimis.

(ottavo fascicolo - carta 198. t.o)

A tergo:

R.do D.no Andreae Salomone Canonico Tarvisino dignissimo
subcollectorum n.ro fido Tarvisii

Intus vero

R:de la (*in margine*) Illustrissima signoria hozi per nun suo secretario ne ha mandato una supplicatione porrecta in collegio per nome de la congregatione de sacerdoti de questa Città de Treviso: Ne la qual se doleno voi molestarli per l'officio vostro di dover pagar le due decime currente per quanto arcoglie ditta congregatione la quale se attrova taxata extraordinarie, et non al loco suo, cioè in Civitate Tarvisij: ma in fine libri.

Tamen non appar mai haver pagato: Narrando in essa supplicatione tutte le utilità, e intrate de ditta Congregatione esser elemosine per anniversarij defunctorum quiescentium in diversis Ecclesijs: Alle qual ditti Sacerdoti collegialiter se tranferisseno per Zornata, secundum piam defunctorum ordinationem, tam ad vigilijs quam etiam missas celebrandas: e tal utilità over intrate esser mere e pure elemosjne ex predicta causa;

E viste le vostre lettere che in tal materia a nui scriveti verificar quanto in essa supplicatione se contenne: Habita etiam consideratione D.no Vettor Belforte collettor secular far fede queste tal elemosjne non esser posto a daie, Ne esser in consideration per conto de giesia: per la auctorità Apostolica a nui concessa, et per prefata Illustrissima signoria a nui etiam ut supra demandata: Justitia et Aequitate sic suadentibus: Vi dicemo et commetemo che non . . .

(ottavo fascicolo - carta 199.: il numero è segnato a matita)

dobiate molestar ditta Congregatione, ne lor preti, ne da lor esiger decima alcuna per tal conto: Ne obturatur os laudantium Deum, et supplicantium pro animabus defunctorum. Et bene valete.

Venetijs XX:ma Januarij MDXXIII. a nativitate.

V.ra p. restituirà la lett.ra a la parte che la porterano.

P. Borgasius aps. Nimosiens

Mar.s Ant.s proton. Rec.picus Coll.ris apostolici

Ego (*in margine*) Julius de Bononia filius q. doctissimi Viri d.ni Hieronymi, publicus et imperialis auctoritate Notar. Civis et habitator Tarvisij hoc supras.ptum exemplum litterarum fideliter transcripsi ex litteris eorundem R. D.norum Collectorum mihi traditis ad exemplandum per R.dum d.num presbyterum Bartholomeum sappa rectorem S:cti Leonardi, et Primicerium dictae Congregationis, et in fidem me subscripsi. etc.

XXXXIV.

In Xp.i (*in margine*) nomine amen. Anno ejusdem nativitatis millesimo quingentesimo trigesimo septimo Indict.e decima. Die vero martis nona mensis Januarij, Tarvisij in Ecclesia Cathedrali in Capella nova beate marie, Sedente R. D.no Andrea Salomono Can:co Tarvisino, R.mi D.ni E.pi Tarvisini locumtenente, et vicario gen.li, ad ius reddend. coram eo comparuerunt Ven. D.ni pb.r Bartholomeus sappa Rector Eccl.e S:ti Leonardi de Tarvisio primicerius Congregationis Capellanorum Civitastis Tarvisij, D.nus pb.r Marcus gumiratus rerctor eccl:e S:ti Michaelis Vicarius, D.nus pb.r Bernardus de brieda rector Ecc:le S:te Sophie, D.nus pb.r Jo: bap.ta barella rector Eccl:e S:te Agnetis, D.nus pb.r Bernardus de gastaldionibus rector Eccl:e S:ti Laurentii, D.nus Jo: bap.ta locatellus rector Eccl:e S:ti Gregorij, . . .

omnes confratres Capellanorum Civitatis Tarvisij, et constituentes totam et integram Congregationem cum nullus alius esset qui ad ipsam Congregationem posset, aut deberet interesse, praeter d.num Marcum Valaressum rectore Eccl. ae S:ti Bartholomei qui monitus ab ipso d.no Primicerio, ut ibidem ipse retulit non interfuit,

Exposuit cum omni debita reverentia d.nus Primicerius suprascriptus, quod ipse et alij D.ni pb.ri ipsius Congregationis, quod ipse et alij d.ni pb.ri ipsius Congregationis pro bono et utili ipsius Congregationis fecerunt quodam Statutum tenoris infrascripti, quod ut firmum, perpetuum, et stabile sit asserunt, se iuratos ipsius conservationem, quatenus approbandam et confirmandam Collegia, et Congregationes ecclesiarum totis viribus incumbere debere ad ea quae ordin ipsi R.do D.no Vicario videatur, cujus tenor est, videlicet, et iuri quidem congruit, et honestati em, et divini cultus augmentum pertinent dirigenda ordinanda et conservanda, cum vero temporis posteris, maiores nostri, quandam divisionem reddituum Congregationis inter se soliti fuerint facere inservientibus ad Dei laudem, et animarum utilitatem, quae bona nostrae Congregationi reliquerunt et solummodo duo de ipsis redditibus distributiones facere unam scilicet secundum occurrenceiam spiritus (?) legatorum de die in diem inter p.ntes et interessentes, alteram vero de frumento et vino et denarijs tempore collationis ipsorum inter fratres ipsius Congregationis, qui tempore collationis fructuum reperiebantur, sine aliquo respectu plus, vel minus interessentium quod quidem erat impium, et ab omni prorsus equitate dissonum, et alienum,

Volentes igitur hujusmodi inconvenientibus quantum possumus obviare, et facere (?) ut unusquisque suam mercedem accipiat secundum mensuram operationis suae, p.nti Statuto Statuto (*sic*) statuimus, et ordinamus, quod deinceps perpetuis summis temporibus, omnes et singuli fructus redditus et proventus ipsius Congregationis, qui non dividuntur in anniversarijs actualiter et personaliter, debeant dividi per puntituras sive praesentias, quemadmodum fit in Eccl.a Cath.li de mensa Aequaliter inter ipsos Confratres Congregationis, qui interfuerint in Missis et Vesperis anniversariorum, et similiter in omnibus anniversarijs et in Missis, et in Vesperis titulorum Ecclesiarum, et in . . .

(- carta 199. tergo)

processionibus Ecclae Cath.lis, assignantes, et facientes pro qualibet p.ntia unum puntum, et pro qualibet puntu sol. decem parv. teneri facien. librum ordinarium de predictis per suum nuntium, in quo distincte appareant ipsae p.ntiae, et similiter absentiae, pro quibus absentijs punietur secundum formam Statuti usque modo observati, et pro qualibet absentia missae Sanctae Trinitatis sol. decem, in anniversarijs sol. III., in solemnitatibus Eccl. iarum Congregationis sol. X., et in processionibus Eccl. ae Cath.lis sol. X, et officiatores ultra supras.ptas puntituras debeant puntari sol. V., et quia non potest aliqua licentia haberi nisi illa accepta fuerit illo die de mane, volumus quod quilibet de dictis f.ribus Congregationis possit licentiam petere a d.no Primicerio, et ipso absente a Vicario, vel ab antiquiore, et obtinere, qua habita puntari non debet dumodo etiam non sit praesens in lucrando sol. X. pro p.ntia, Declarantes quod divisiones frumenti fiant n.o tres, videl p.ma de mense Augusti, secunda ad festum nativit. D.ni N.ri Jesu Xp.i, tertia vero ad festum Dominicae Ressurrectionis, Vini vero distributio fiat prout fuerit exactum ad bonum computum, Denariorum autem exactorum medietas dividatur ad festum nativitatis supradictae, alia vero medietas ad festum supradictae resurrectionis, Declarando quod residuum dictorum reddituum debeat etiam dividi inter confratres per ipsas praesentias in ratione sol. pro libra, et si residuum dictas divisiones non supplerit ad id quod lucrantur Fratres Congregationis, diminuantur in ratione solidi pro lib.a secundum quod fuerint lucrati, Et similiter si redditus superfuerint al lucrum similiter dividuntur in ratione solidi pro libra, Quem ordinem deinceps in distributionibus firmiter observari volumus, et similiter ordinibus nostrae Congregationis,

Cujus Statuti tenore intellecto R. D. Vicarius pd.us ipsos d.nos Primicerium, et fr.es requisivit, an ipsum Statutum vellent observare, et oservatos iurare Quibus respondentibus velle, R. D. Vicarius intellecto et bene considerato ipsius Statuto tenore, . . .

eidem d.no Primicerio et alijs f.ribus singul.r singulis detulit iuramentum de ipso Statuto observando, qui d.nus Primicerius, et alij supras.pti ad mandatum ipsius R. D. Vicarij, et in ipsius manibus tactis corporaliter scripturis singulariter singuli iuraverunt ad sancta Dei Evangelia se ipsum statutum observaturos, et sic viso, quod ipsi juraverunt ipsum statutum observare, pd.us R.dus d.ns Vicarius ipsum Statutum, tanquam bonum et proficuum ipsi Congregationi confirmavit auctoritate Ordinaria, interponendo suam auctoritatem pariter, et Juditiale decretum.

P.ntibus (*inizia in margine*) R.do dec: doctore d.no Francisco Martinucio Can:co Bellunensi, et d.no Pb.ro Nicolao Ystrana Capellano d.narum Monialium sanctae Clarae de Iarcella de Tarvisio Testibus ad haec habitis, vocatis specialiter atque rogatis, et alijs.

Et (*in margine*) Ego pb.r D.nicus Maurocenus pub:cus imp.li auctoritate notarius et Curiae E.palis Tarvisinae Cancell: quia praemissis interfui in notam sumpsi ac publicavi, Ideo p.ns supras.ptum Statutum aliena manu scriptum, me alijs occupato negotijs subscripsi in fidem praemissorum requisitus, signumque meum apposui consuetum.¹

 Exemplum Litterarum R. D.norum Collectorum Apostolicorum super Decimis anni 1573.
 R.do D.no Andreae Salomono Vicario et Canonico, ac Subcollectori Apostolico Tarvisij.

R.de tanquam (*in margine*) frater, salutem.

Perché havemo visto la Declaratoria fatta nell'anno passato per commessione dell' Ill.ma Sig:ria circa la essentione de quella Ven. Congregatione di Capellani della Città di Treviso sotto di XXX. d'ottobre, et quella ben considerata, et considerato il voler dell' Ill.ma Sig:ria esser che per le Distributioni quotidiane non si pagano Decime.

Però vi commettemo, che dobbiate conservar in la sua continua essentione la ditta Congregatione, non molestando li soi beni per conto delle doi Decime del presente anno. . . .

(*ottavo fascicolo - carta 200.; al solito, il numero a matita*)

ma acconciate le sue partite in modo che per l'advenir non habbia molestia. e bene Valet.

Da Venetia alli XXVIJ. di Agosto M. D.. XIIIJ.

Fabius E.pus Legatus Collector. –

Iacobus Pisaurus E.pus Paphen. Collector. –

Iustinianus Justiniano Eques Hier.nus et Collector. –

Jacobus Zambellus Can.cus Tar.nus et Decimarum Not.s etc.

In Christi (*in margine*) nomine, Amen. Anno ejusdem nativitatis 1543. (?) Indict:e p:ma die vero vigesima nona mensi Augusti, Tarvisij coram R.do D.no Andrea Salomono Can.co Tar:no R.mi E.pi Tarv.ni locumtenente, et Vicario gn.le, ac Subcollectore Ap.lico comparuit D.nus pb.r Bernardus de Gastaldionibus Rector Eccl.ae S:ti Laurentij de Tarvisio, et Syndicus Congregationis Capellanorum Civit. Tarvisij, et p.ntavit litteras supras.ptas Rvn.orum D.norum Collectorum Ap.licorum, petens recipi, et debitae exequutioni mandari.

R.dus (*inizia in margine*) D.nus Subcollector ipsas cum ea qua decuit reverentia recepit, et ipsarum tenore intellecto, mandavis Partitas aptari in Libris, et ipsas Litteras registrari atque restitui, et amplius in futurum non molestari.

p.ntibus D. psb.ro Coesare de Enselmis, et D. psb.ro Joanne (? : *qui la carta è abrasa*) a Lilio Clericis Tarvisinis testibus etc.

Ego psb.r Dominicus Mauroceno Cur. E.palis Tarvis:nae Cancell.s

. . .

¹ (*a lato, in margine sinistro*) Timbro notarile.

XXXXV.

Paulus E.pus (*in margine*) servus servorum Dei

Dilectis filijs Primicerio et Capellanis Congregationis Eccliarum Tarvisinar. Salutem et Ap.licam benedict.

Cum a Nobis petitur, quod justum est et honestum tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut Id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum sane pro parte vestra nobis exhibita petitio continebat, L. (?) alias Venerab. fratres nostri Fabius, Mignanellus lucerin (?) tunc noster, et Ap.licae Sedis in toto dominio Venetorum cum potestate legati de latere nuntius, et Jacobus Pisaurus Paphen. E.pi Decimarum ap.licarum super fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum in ipso Dominio consistentium impositarum, et eidem Dominio per nos concessarum tunc collectores constituto prius eis quod omnes fructus redditus et proventus vestrae massae, seu Congregationis inter Interessentes anniversarijs, et missis pro animabus Defunctorum, qui eosdem redditus Vobis, et eidem V.rae massae seu Congregationi reliquerunt celebrandis distribuebantur et dividebantur, prout nunc etiam distribuuntur et dividuntur ex hijs et forsam alijs coram ipso Fabio nuntio, et Jacobo collectoribus deductis et probatis legitimis causis, Vos et Congregationem vestram predictam a solutione dictarum Decimarum penitus absolverunt et liberarint. ac Vos ad ipsas Decimas solvendum non teneri declaraverunt prout patentibus litteris, seu Instrum.to pub:co aut alijs scripturis desuper confectis plenius dicitur contineri, Quae (?) omnia a nobis apost:co patijstis (?) munimine roborari,

Nos itaque vestris in hac parte supplicationibus inclinati absolutionem, et liberationem, ac declarationem praedictas, sicuti iste et provide per dictos Fabium nuntium, et Jacobum collectores factae sunt ratas et gratas habentes auctoritate Ap.lica approbamus, et confirmamus, ac p.ntis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, et communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Ap.lorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum. An. Incarnat. D.nicae Mill.mo quingentesimo, quadragesimo quarto, Sexto Idus Nov.bris Pontificatus N.ri Anno undecimo. -

.V.ide cespessus (?) Leo

(- carta 200. tergo)

Ego (*in margine*) pb.r Dominicus Bollognatus, q. d.ni liberalis olim notarij, et Civis Tarvisij publicus Ap.lica et Imp.li auctoritatibus notarius supras.ptum exemplum litterarum Ap.licarum ex suo Originali et autentico in membranis scripto ejusdem S:mi D. N. Papae vera bulla plumbea ad cordulam filli rubei croceique colloris more Rom. Cur. Impendent. munito, mihi ad exemplandum traddito fideliter exemplavi, et in fidem me subscripsi apposito² sigmo meo consueto rogatus et requisitus.

XXXXVI.

Die XIII. (*in margine*) Januarij MDCXII. In Sacristia S:cti Bartol:i Ut gravamini omnium fere fratrum Congregationis N:rae Tarvisinae occurreretur quod ii Impositum fuerat per contras.ptum Statutum in contumacia quatuor mensium in ingressu dictae Congregationis quibus pro Sacristia serviebatur R.di infras.pti D.ni Vidl. R. D. Theobaldutius Sforzinus Eccl.ae S:ti Leonardi Rect. et Prim. R. D. Mattheus Variscus S:ti Gregor. Rect. et Vic.s Congreg. R. D. Mag. Paulus Inquisitor Rector seu Pleb. S. Jo: Bap.tae de Domo. . . .

² (*a lato, in margine sinistro*) disegno del timbro notarile.

R. D. Simon Bartolus Rect. S:ti Vit.s. R. D. Joannes Gasonellus Rector S:ti Laurentij. R. D. Joannes Ancamenius Rect. S:ti Michaelis. R. D. Faustinus Marosticus Rector S:tae Agnetis. R. D. Aloysius de Marescal....(*qui la carta è avariata*) Rect. S:ti Joan: de Riva. R. D. Paulus Albertus Rect. S:ti Stephani. R. D. Joannes Riversus Rect. S:ti Pancratij. legitime et canonice in Spiritum Sanctum congregati in Sacristia S:ti Bartholomei, re optime inter se disputata et mature et rite considerata de abrogando contras.ptum Statutum, vel Statuta circa contumaciam prefatam, et calculis exposita, communi consensu (duabus vicibus exceptis) abrogarunt, amoverunt et penitus deleverunt, atque cassarunt contras.pta Statuta decernentes et penitus terminantes in futurum fratres nostros non teneri ad contumaciam praedictam, et provideri debere Sacristiae nostrae pro omnibus necessarijs de corpore et Massa Mensae Communis ut q (?) fratres nostri commodis, honoribus, utilitatibus n.rae Congregationis fruuntur, ijsdem incommodis, expensis, oneribus subiaceant, ut par est, non modo Domus, segetes, campos, et si qua sunt alia Congregat. p.dictae Bona, sive stabilia, sive mobilia manutenendo, reliquasque expensas persolvendo, sed et Sacristiae n.rae Congregat. necessaria providendo omni meliori modo etc.

Ita est Deo teste, et fratribus supradictis.

Ego Theobaldutius Sforzinus sup. Rects S:ti Leonardi, et R. Congregationis Tarvisinae Primic.s manu propria scripsi.

Utque (*inizia in margine*) ratum, firmum, et in perpetuum duraturum sit hoc nostrum Decretum, fuit mandatum a Primicerio prefato, et Fratribus R. D. Faustino Marostico S. Agnetis Rectori et R. Congregationis Cancellario quatenus Decretum prefatum in libro Actuum Congregat.is annotaret, prout fideliter annotavit.

T. S. Primicerius.

XXXXVII.

In Christi (*inizia in margine*) nomine Amen.

Anno ejusdem Nativitatis millesimo sexcentesimo decimo secundo Ind:e X:ma die vero septimo Mensis Maij, Tarvisij.

Congregatis infras.ptis ad.m R.dis dd: Praesbyt. rapresentantibus totam R.dam Congregationem Capellanorum hujus Civitatis, in qua Congregatione interfuerunt ad.m R.dus D.nus Theobaldutius Sforcinus Rector Ecclesiae S:ti Leonardi nec non dictae R.dae Congregationis Primicerius, ad.m R.dus praeco Paulus San.s Inquisitor, R. D.nus Matheus Varisco Rector Eccl.ae S:ti Gregorii, R. D.nus Joannes Zabelli Vic.s perpetuus Ecclesiae S:ti Laurentij R. D.nus Joannes Ancamedio Rector Ecclesiae S:ti Michaelis, R. D.nus Aloysius Campofranco Rector Eccl.ae S:ti Joannis de Ripa, R. . . .

(*ottavo fascicolo - carta 201.: il numero è segnato a matita*)

R. D.nus Paulus de Albertis Rector Ecc.ae S:ti Stephani et R. D.nus Joannes Riverio Rector Eccl.ae S:ti Pancratij, fuit ipsis R.dis per suprad:tum ad:m eorum Primicerium propositum quod valde honorifice, et utile esset ipsi R.ae Congregationi si in eius Cancellarium eligissent aliquem ex dd. Notarijs sp. Collegij hujus Civitatis, qui scribere deberet acta occurrentia eidemet R.dae Congregationi, et hoc modo aliquid decoris esset ipsimet Congregationi, et ejus acta per Notarium scripta non possint ab aliquo in dubium proponi.

Qui (*in margine*) quidem Cancellarius sic eligendus habere debeat annuatim pro ejus salario Starium unum frumenti, parium unum pullorum, et parium unum gallinarum tempore debito, et ultra pro ingressu alicujus R.di Parochi, sive Rectoris in ipsa R.da Congregatione libras tres sol. duos dandas per R.dum ingressurum.

Qua (*in margine*) expositione intellecta per antedictos R.dos dd. Congregatos, considerantes partem propositam esse iuri consonam proposuerunt eam acceptare, . . .

et sic Ellegerunt (*in margine*) unanimes et concordēs (quae eorum fuit in me benevolentia et humanitas) me Franciscum de Albertis Notar. Tarvisin. et pro electo haberi voluerunt. . . .

Ex (*in margine*) fide sup:ti R. D.ni Aloysij Campofranco Rectoris S:ti Joannis de Ripa.

Idem qui supras.ptus Franciscus de Albertis Not.s

(il resto della carta è bianco, compreso il tergo; sono bianche anche le restanti due carte del fascicolo ottavo, la prima delle quali è numerata a matita 202.)